Fragmentarium

deus a patre luminum: apud
quem non est transmutatio nec
vicissitudinis obumbratio.
Voluntarie enim genuit nos
verbo veritatis: ut simus initium
aliquod creature eius. Sciatis
fratres mei dilectissimi. Sit autem
omnis homo velox ad audiendum
tardus autem ad loquendum et
tardus ad iram. Ira enim viri
iustitiam dei non operatur. propter
quod abiicientes omnem immundi
tiam et habundantiam mali
cie. in mansuetudine suscipi
te insitum verbum: quod potest salua
re animas vestras. All'a d' feia
In ill' Dixit ih's d. s. F iohem
Vado ad eum qui me misit:
et nemo ex vobis interrogat
me quo vadis. Sed quia hec
locutus sum vobis: tristitia imple
uit cor vestrum. Sed ego veritatem
dico vobis: expedit vobis
ut ego vadam. Si enim non ab
iero: paraclitus non veniet ad vos.
Si autem abiero mittam eum
ad vos. Et cum venerit: ille
arguet mundum de peccato: et
de iustitia et de iudicio. De
peccato quidem: quia non crediderunt
in me. De iustitia vero: quia ad
patrem vado et iam non vide
bitis me. De iudicio autem: quia
princeps mundi huius iudica
tus est. Adhuc multa habeo
vobis dicere: sed non potestis
portare modo. Cum autem venerit
ille spiritus veritatis: docebit

vos omnem veritatem. Non enim lo
quetur a semetipso: sed quecumque
audiet loquetur et que ventura sunt
annuntiabit vobis. Ille me cla
rificabit: quia de meo accipi
et et annuntiabit vobis. Off.
Iubilate deo universa terra
iubilate deo universa terra
psalmum dicite nomini eius venite
et audite et narrabo vobis
omnes qui timetis deum quanta
fecit deus anime mee alleluia.
Deus qui nos per Secr.
huius sacrificii vene
randa commercia unius summeque
divinitatis participes esse fecisti
presta quesumus. ut sicut tuam agno
scimus veritatem. sic eam dignis
moribus assequamur. per Com.
Cum venerit paraclitus spiritus
veritatis ille arguet mundum
de peccato et de iustitia et de
iudicio alleluia alleluia. Compl.
Adesto nobis domine deus
noster: ut per hec que fideli
ter sumpsimus et purgemur
a viciis et a periculis omnibus
eruamur. per Feia q' tessolis
Fratres. Omnes vos filii
lucis estis: et filii
diei. Non sumus noctis: neque
tenebrarum. Igitur non dormia
mus sicut et ceteri: sed vigilemus
et sobrii simus. Qui enim dor
miunt nocte dormiunt: et
qui ebrii sunt nocte ebrii sunt.
Nos autem qui diei sumus sobrii
simus: induti loricam fidei

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1202, p. 100 – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-2vpp/7254/58683)